



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Praxis Beneficiorvm D. Petri Rebvffi Montispessvlani
Ivrvim Doct. Ac Comitiss, Ivrisqve Pontificii Ordinarii
Professoris Paris. & ibidem in supremo Senatu Causarum
Patroni**

Rebuffi, Pierre

Coloniae, 1610

De reseruationibus tam communi, & in forma pauperum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63686](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63686)

aminata, de iudic. clem. presentis, de consibus. & clem. 2. de penis.

56 Vel si ita est, s'il est ainsi. l. fin. C. si contra ius. cap. abbate. de verb. sign.

57 Si ita inueneris, vel repperis. Fel. in c. 2. in ver. clausula si preces, & c. de rescrip. & ista tacite inest.

58 Item alia clausula tacite inest, in cap. bone. de confirmat. vili. unde etiam si istae clausulae non fuerint expressae, tacitae in sunt.

59 Item clausula, vocatis vocandis, solet in rescripto inferi, in cap. exhibita. de iud. Guid. Papae. q. 70. in commissionibus. in decis. Delphina.

60 Et quamuis de iure civili non valeat rescriptum, si non sit apposita aliqua clausula, ex praedictis, tamen de iure canonico valet: & illa clausula subintelligitur. per d. c. 2. & vsus curiarum receptus canonico: nisi aliquis esset praestitutus stylus: quia tunc literae conceptae contra stylum non valent. c. ex literis. de constit. Fel. in d. c. 2. vers. stylus, & c. alias differentias quilibet hic addere poterit, istae tamen sufficient.

61 Verum inspecta interpretatione & expositione horum rescriptorum notandum est, has literas ad lites & ad beneficia se habere vt excedentia & excessa, secundum subiectam materiam: vt docet Panor. post gloss. in cap. capitulum. col. 3. de rescript. & quia saepius reservationes fiunt, tam generales quam speciales, ideo de illis videamus.

De Reservationibus tam generalibus quam specialibus.

Generales reservationes quae.

Aliquando Papa mandat prouideri per reservationes: & quaedam sunt generales quando plures inducuntur reservationes sub vna ratione, teste Aegidio Bellanera in conf. 34. supposito statuto col. 3. vers. ad tertium stud. vt quando Papa reseruat beneficia, quae sic vacabunt, vel per adaptionem secundi beneficii: vt in extrauag. Execrabilis, Ioan. 22. de praeb.

2 Vel vacantia in certo loco, vt Burdegala: vt in extrauag. & si in temporalium, de praeb. in communibus. Item in beneficia in curia vacantia. cap. 2. de praeb. in 6. nisi sint ecclesiae parochiales. ca. si apostolica. ibid. vel beneficia reseruat Papa, in c. presentis. illo tit. lib. 6. vel illorum, qui intra duas dietas curiae Romanae decedunt: & pro hac reservatione scribit Cassad. in suis decis. rub. de const. q. 2. & seq. & Aeneas Falco in 2. q. tract. de reser.

3 Vel quando reseruat beneficia familiarium Papae, seu cardinalium: ut est in Papae regul. cancellariae, vel habentium officia rescriptoris, seu alius Papae officium: oporteret tamen exprimere quod talis est, vel si sic conuerat familiaris, & continuus commensalis, nec sufficeret dicere eum familiarem tantum. vt patet in reg. cancel. in princ.

4 Si tamen familiaris Papae vel Cardinalis resignaret beneficium vnitum in fauorem Titii, & non expresserit reservationem, valet impetratio: quia vnitum non erat reseruatum, licet illud cui erat vnitum esset reseruatum: ideo in dissolutione vniouis, & si non sit facta mentio valebit provisio: ut not. in cap. 2. de praeb. in 6. ego vero dicerem non valere: quia si Papa sciuisset beneficium vnitum, illud non contulisset, vt infra dicam tract. de vniou. unde reservationem non impedit quo minus valeat collatio, sed vniouis dissolutio: sicut plenius dicitur tract. de dissolutio. vniou. infra.

5 Quaedam vero sunt speciales quo ad certum corpus beneficii. non tamen pro certa persona, vt quando reseruat ecclesiam cathedralem suae dispositioni: vt in cap. si eo tempore, de elect. in 6. Domi. conf. 30. Bonifacius & Aeneas de Falco. in tract. reser. quest. 2.

6 Vel reseruat dignitatem maiorem post pontificalem, vt in reg. cancel. 2. & cognoscitur haec dignitas ex fundatione ecclesiae, vel consuetudine, quando Decanus le & prim. vel Archidiaconus statim incedit post episcopum: vt do. de Rota decidunt in decis. 173. de thesaureria, in not. Sub tit. de praebend. decis. 9.

7 Et principales dignitates etiam in colle-

collegiatis ecclesiis dicuntur illa, quæ primum in ecclesia locum habent, quasi primam & præcipuam in ecclesia. Ioan. Andr. in cap. deliberatione. de offic. leg. lib. 6. & beneficia generaliter reservata tradit Hier. Paul. in sua praxi curiæ Romanæ etiam specialiter reservata, ibidem videre liberum est.

8 Aliæ sunt speciales super certo corpore beneficii, & specialiter pro certa persona, ut si Papa reseruet beneficium sancti Severini Paris. diocesis. collationi suæ pro Ioan. N. ca. ex parte. de offic. deleg. c. executor. de concess. præb. ibi. Item dicunt Romanæ beneficia cameræ procuratoris contradictarum non esse reservata.

Beneficia aliquorum 9 Idem in notariis Rotæ, quia non sunt familiares: & idem in magistris Regum Papæ officii supplicationum: & magistris plumbi: idem in auditore cameræ, nisi sit protonotarius, tamen secus est in auditoribus Rotæ: pro quibus Papa scribere solet grata deuotionis obsequia, &c.

10 Specialis dicitur cuius causa inducens non habet nisi unum suppositum inducere: ut scribit. d. Aegi. in d. cons. 34. supposito, vers. Ad tertium. col. 5. generalis autem est quæ in corpore iuris clausula, vel per extrauag. inducta, aut per regulas cancella.

Generales proprie reservationes 11 Ego dicerem generales reservationes, quando omnium regni vel certi loci beneficiorum, aut personarum, seu dignitatum fieret amplissima reservatio: specialis quando certum reservatur beneficium, vel in indiuiduo, ut tale beneficium gloss. in titulo de reservat. in pragmat. in ver. reservationes. Decius consil. 108. reuerende pater.

12 Et istæ omnes reservationes sublatae fuerunt in concil. Basilien. reuocando extrauagantes ad regimen, & execrabilis de præbend. in communib. & illas, quæ continentur in regul. cancellariæ: ut patet in concilio Basili. quod concilium in Gallia receptum fuit, ut patet in pragmat. sanc. rub. de elec. & per totum.

13 Interdum Papa fructus pro pensione resignanti fortè beneficium reseruat: & in patria obedientiæ illa fructuum omni-

um reservatio sustinetur, siue dixerit quòd propria autoritate percipere eos fructus possit, siue per manus alterius, quia plenariam beneficiorum Papa dispensationem habet. c. 2. de præb. lib. 6.

14 Sed à senatu Paris. fuit prohibita illa reservatio omnium fructuum anno 1496, die 19. Aprilis: & in patria consuetudinaria non recipitur hæc reservatio fructuum: nam qui altari seruit, de altari vivere debet. cap. cum secundum. de præbend. & reservatio est in hoc regno prohibita, in Concor. de reservat. siue beneficiorum, siue omnium fructuum illorum: & Papa illam reservationem non solet facere nisi ex magna causa.

15 Interdum reservatur media pars fructuum loco pensionis extra susceptæ, de eli. in extrau. Ioan. 22.

16 Quod non potest fieri ac alio, quàm à Papa, quia esset diuidere beneficium, quod est prohibitum in concilio Turonensi. de maioribus. de præben. Ioan. de Anania in cap. Audiuimus. de collusio. de egen. de Petru. in tract. de viribus iura. in 6. remedio finiendum. & in patria iuris scripti seruatur: ut asserit Boër. in decisio. Burdegal. questio. 2. in fin.

17 Sed in patria consuetudinaria reformari solet, præcipue si pensionarius non possit vivere, & usque ad tertiam partem reformari solet, quam obtinebit pensionarius tantum, beneficiarius autem alias duas: nam quando priuilegium incipit esse damnosum, solet deduci ad debitum statum. c. suggestum. de decis. scripsi in tract. de pacific. possess. in 18. amplia. & confirmatio pensionis impositæ ab ordinario dari à Papa non solet, sed de novo concedi, ut statuit Alex. 6. in tit. de signat. grat.

18 Quandoque tertia pars, & his duobus casibus Papa non solet committere, quòd pensionarius propria autoritate percipiat, sed per eum qui titulum habet, ane propriæ autoritate. si duo titularii: & non est singulis permittendum, &c. l. non est singulis. ff. de reg. iur. Hier. Gigas. q. 8. in tract. de pensio. & q. 9. & regulariter in Francia approbatur usque ad tertiam partem.

Iusta pen-
sio que sit

Iusta tamen pensio dicitur, quando
ea exacta tantum remanet beneficiato, ut
possit commodè vivere, iura episcopalia
soluere, & onera beneficii supportare. c.
de monachis. & c. vacante. & cap. cum causam.
de preb. c. 1. de censib.

Pensio non
transfertur
de persona
in personam

Nota in hoc regno Franciæ pensio-
nem extingui per mortem pensionarii, &
de consuetudine non transfertur in aliam
personam, etiam à Papa, quamvis in pa-
tria obedientiæ à Papa transferri possit
sicut aliud beneficium, vt consulus Petr.
Paris. conf. 45. monitorium, ac consi. seq. & in
conf. 5. in 4. vol. tamen bene transit contra
successores eius qui eam solvere tenetur.
gl. & Doct. in c. nisi. de preb. Petr. Paris. conf.
82. pensio. col. 1. in 4. vol.

Pensio in re-
gno Franciæ
in tribus ca-
sibus con-
stituitur.

Et quando Papa imponit pensionem
solat dicere, quòd pensio tertiam partem
fructuum non excedit, & ita seruat stylus
curiæ Romanæ vt docet Hiero. Gigas in d.
tract. pensio. q. 9. non autem quod tertiam
constituit, quia fortè non vult tertiam
dare, si velit vltra dare, solet etiam dicere
mediam partem non excedit, vel talem
partem,

22 Et regulariter pensio in quantitate
etiam fructuum imponitur, vt pensio-
nario dentur decem modii frumenti, & to-
tidem vini, non verò in pecunia, licet ali-
quando reseruat. d. c. nisi de preb.

23 Sed hæc pensio in pecunia commu-
niter constituitur in Francia, quæ tantum
in tribus casibus est approbata vltra, non:
vt scripsi in tract. de pacifi. poss. in Concor. Pri-
mò propter bonum pacis, quando bene-
ficium est litigiosum. d. c. nisi. Secundo ne
resignans nimium patiatur dispendium,
eidem reseruat pensio. c. super hoc. de re-
nunc. & habet locum in resignatione, non
causa permutationis facta, quia tunc ille,
quia aliud recipit beneficium, non pati-
tur nimium dispendium. Tertio in per-
mutatione ratione inæqualitatis redditu-
um beneficiorum: tunc imponetur pen-
sio super altero maiore. c. ad questiones. de
rer. permuta.

Pensio ex
falsa cau-
sa non de-
betur.

24 Quod si detur æquale beneficium,
vel maius non potest imponi pensio super

minori, & imponatur eò quòd ex falsa
causa imponitur, non valet: & ita vidi
iudicatum.

25 Item beneficia collectorum, & alio-
rum officialium Papæ sunt reseruata, et-
iamsi isti officia dimiserint: tamen illa be-
neficia, quæ post dimissionem officii quis
acquirit, non erunt reseruata: vt docet
Aegyd. de Bellam. in c. cum. in distribuendis.
col. vlt. de temp. ord. & in cap. sicut de verbo.
sign. lib. 6.

Beneficia
officialiū
Papæ sunt
reseruata
etiā si ipse
dimiserit
officiū: &
quid potest
Papæ ob-
tinere.

26 Et si Papa moriatur postquam offi-
cialis eius definit habere officium, per il-
lius obitum beneficia eius, qui defuit esse
officialis ante Papæ mortem non sunt re-
seruata: quia reseruaciones fuere per
mortem Papæ extinctæ sicut regula: sed
erunt beneficia illius affecta officialibus
alterius pontificis: ideo in prouisione be-
neficii illius narrabitur, quod à nonnullis
asseritur, quod talis olim obtinens tale be-
neficio literarum Apostolicarū abbe-
uiator extitit, seu familiaris, ideo genera-
liter reseruatum prouideri, tamen manda-
bitur tanquam de non reseruato, sed de
affecto.

27 Item beneficia cantorum Papæ non
sunt reseruata, eò quòd sint capellani Pa-
pæ, sed eò quòd sunt familiares: & bene-
ficia Papæ capellanorū, quamvis sint re-
seruata, tamen acolytorum non, nisi sint
capellani: ideo in bulla dicitur, talis N. a-
colytus capellanus Papæ: & subdiacono-
rum etiam beneficia nisi sint presbyteri,
& capellani, non habent beneficia reser-
uata: quod est notandum.

Beneficia
cantorū Pa-
pæ non sunt
reseruata
nisi sint ca-
pellani

28 Potest etiam reseruari certa pensio,
duratura donec sibi de beneficio talis va-
loris illi fuerit prouisum: vt ait Host. in cap.
tion. ess. de sumo. & Papa hoc facere potest
sed non episcopi. c. cum pridem de pact. licet
Bonifa. teneat contra m. cle. 1. col. pe. de reb.
eccl. non alie.

Pensio de
nec fuerit
prouisum
à Papa non
potest

29 Nec hodie episcopi constituunt pen-
siones, imò ex nõ vsu amissa est in hoc eo-
rum potestas, quod nõ fuisset, si ignari il-
lius non fuissent, & ea vsi: sed ignorantia
eos, vt nunc multos longo tẽpore tenuit.

30 Est & alia reseruatio per manus Pa-
pæ appo-

Reservatio per manus Papæ appositionem. c. v. nostrum. de appell. vt si Papa conferat beneficium nulliter, ut pote inhabili: tunc illud beneficium erit adhuc Papæ collationi affectum & reservatum. cap. inter dilectos. de excess. præl. vbi Pan. & alii, & Roma cons. 335. circa primum. col. 1. Paul. Paris. cons. 47. videtur. num. 39. & seq. in 4. vol.

31 Idem quando commendatarij: per mortem enim commendatarij, reservatum est Papæ beneficium, teste Aenea de Falco. in tract. de reservat. & Ludovic. Rom. cons. 350. in casu. num. 11. & seq. sed hoc iure non utimur in Francia.

32 Idem si de electoribus mandat, ne ad electionem procedant talis beneficii N. cap. si eodem tempore, de electio. in 6.

33 Adhæc quando Papa mandat provideri in mandato de primo beneficio, primum beneficium est affectum per manus Papæ appositionem mandatario, adeo quod alter conferre illud beneficium præter Papam, vel illius executorem, non potest, per extra. fin. de præb. in comm. Aegid. cons. 34. Supposito statuto. vers. ad secundum dubium, cum seq.

34 Et plus afficit ista manus appositio, quàm reservatio. quia donec fuerit plene per Papam provisum ordinarius providere non poterit, teste Aenea de Falco. in tract. de refer. in 3. præl. & in 4. q. 16. effectu.

35 Sed non utimur ea in Francia. nam quamvis Papa apponat manus, semper ordinarius confert, si non valet prima Papæ collatio, nisi in mandatario cui effectus est beneficium per concordam. Francia.

36 Etiam mortuo Papa ordinarius confert beneficia illa reservata: quia illa reservatio morte erat extincta: vt consultius Gemi. cons. 93. & in capit. si Apostolica. de præbendis. lib. 6.

De iure regali in beneficiis. 37 Sed hoc etiam sibi vindicat Rex in quibusdā beneficiis, quæ iure regali confert vt dicat se posse conferre, donec collatio plene fortatur effectum, & alterius collatione non valere, postquam apposuit manus: vt plene scribit Ruze in tract. iuris regali. in 2. prius. sed hoc nullo iure suffragante: vt mihi videtur, saltem non legi.

38 Sed istæ omnes reservationes, & manus appositiones fuere in concilio Basiliensi sublata, & hoc in Gallia seruamus ut non recipiamus reservationes, nec manus appositiones. §. reservationes. de coll. in Pragmat. vt scripsi in Concord. in rub. de reservat. & Gemi. in ca. statutum. col. 2. de præb. lib. 6. dicit Extravagan. ex debito, tantum in vita conditoris durasse, dum dicit donec Christi indignatio, &c. ideo ex libro expungenda esset, cum non sit in usu: & omnia alia iura reservationes explicantia, vt dicunt: tamen propter malos pisces non rumpimus retia, sic nec iura eò quod aliqua non seruentur, sed in suo statu conseruantur, & maxime quia alibi custodiuntur.

39 Idem in extravagan. ad regimen, de præben. dicit gl. reg. cancella. reg. 1. 30. & 26. propter similia verba in eis posita. & idem probat Gemi. in cap. si Apostolica. in fin. de præbend. quamvis Rom. cons. 260. in proposito, vers. secundo, dicat esse extravagantes, & approbari per Paul. 2. in extravagan. ad Romanam, de præb. & Aneas de Falco. in tract. de rescrip. in 4. præl. & in q. 4. in decimosexto effectu refert.

40 Notandum est quod decretum Papæ in reservatione appositum, nedum titulum afficit, & annullat, sed etiam possessionem. arg. cap. si eo tempore, de electio. in 6. appositum c. v. nostrum, de appellatio. & possessio contra Papæ reservationem accepta caret omnino effectu, & iuris adminiculo, sine quo in beneficalibus possessio non procedet. c. 2. vt lite pendent. lib. 6. Roma dec. 16. si contra agentem, in no. [sub titul. de restit. spoliator dec. 3.] vbi concludit restitutionem tunc negandam spoliato. & in decis. 23. ibid. vide in §. 1. de firma & irreuo. concor. stabilitat. que ibi scripsi. & inferius in sine bullæ novæ prouiso.

41 Interdum dantur provisiones cum regressu: vt resignans qui habuit beneficium reuertatur ad illud, moriente, vel cedente resignatario: vt dixi in ur. de refer. in concordant. & in Francia sunt sublata: & ibi adduxi Arestum: & dicam inferius in 3. part. tract. de resigna. in fauorē inter coniu-

*Prouisio cū
accessu vel
regressu
que, & an
procedat.*

gatos vulgò dicitur habere locū, *les regrez*
42 Aliquando prouisio fit cum accessu:
si Papa commendauit beneficium cardina-
li cui commendæ Cardinalis celsit litem,
non confectis, non potest conferri al-
teri & dari regressus cardinali, quia nun-
quam illud habuit: ideo opus est ut bul-
las suæ prouisionis obtineat, vel quod de-
tur ei accessus, videlicet volumus te libe-
rum habere accessum, ac illius corporale
possessionem per te, vel alium, seu alios
vigore presentium literarum, quas vim va-
lidæ, & efficacis commendæ habere decer-
nimus, propria autoritate liberè apprehen-
dere: & in eadem commendâ, quoad
vixerit retinere, nec non debitis & con-
suetis, &c. interdicta non obstantia, &c.

43 In accessu exprimuntur qualitates,
& fructus beneficii, cū clausula ista, quod
liceat te liberè accedere, &c. & nō obstant
statutis, &c. alias non obstant. nō vidi poni.

44 Etiam vidi in puero nominato per
Regem ad episcopatum, qui fuit à Papa
postea recusatus. Rex nominauit senem,
quem Papa recepit, & voluit si hic senex
moreretur, quod puer nominatus liberū
ad dictum episcopatum, ad quem fuerat
nominatus, haberet accessum, hæcenus
de accessu & regressu: vide quæ scribam
inferius in *lib. de regressibus*.

45 Beneficia in curia vacantia, vel intra
duas dietas iuxta curiam, etiã hodie sunt
Papæ reseruata. *d. c. 2. & c. presentis, de præb.
lib. 6. extrauag. ex debito, de electio. in com-
munib. & extrauag. prima de præbend. &
hoc seruamus hodie etiam in Francia: vt
scripsi in *rub. de reserua. in concord. an. Hæc-
enus de his reseruatiõibus*.*

De Expectatiuis.

Item Papa solet scribere ab beneficia
vacatura per expectatiuas: & quam-
uis pontifices veteres collationes con-
cessissent liberas episcopis & singulis eo-
rum in suis Episcopatibus, tamen dicunt
doctores Papam maiorem sibi potesta-
tem retinuisse, per *cap. dudum, de præbend.
lib. 6.*

2 Ideo in Germania & aliis multis pro-
uinciis quatuor tantum menses episcopis
referuarunt: videlicet Martium, Iunium,
Septembrem & Decembrem, in *extrauag. in anno ad
ad regimem. vbi primi duo menses sunt Pa-
pæ reseruati, & tertius videlicet Martius
episcopis, & sic deinceps, & iure nescio
quo tot vigiliis excogitata iuramento ver-
bo subuertere. cap. ecclesia, de election. &
ipse non ita cognoscit doctos absentes,
sicut in suis locis episcopi: ob id melius
est Papæ, in conscientia dico, ut episcopi
conferant: vt etiam vult *gloss. in pragmat.
sanctio. in §. currei, de reserua. poterit tamē
per præuentionem conferre. vide in pro-
uincial. fol. 51.**

3 Expectatiuæ verò gratiæ sunt ex qui-
bus beneficium impetrans expectat: &
istæ sunt etiam abolitæ in concilio Basili-
ensi, vt in *§. volens, de colla. in prag. scribitur: &
in c. fin. de concessio. præben. vide tamen de-
cem formas, per Siaphil. in tractat. de licentis
gratiæ in princip. & gratia expectatiua non
datur per cancellariam ad beneficia in
commendam retinenda, siue secularia,
siue regularia.*

4 Sed quia expectatiuæ ingerunt votū
captandæ mortis odiosum etiam gentili-
bus. *cap. 2. de concessio. præben. & continent
reseruatiõem: ideo in hoc regno sunt
abolitæ: & quia alienæ salutis sunt nimis
præiudicabiles: & suscitantur lites infini-
tæ, contentiones, & rixæ inter Christi mi-
nistros: oriuntur rancores: & odia ple-
renq; implacabilia nutriuntur, fouetur
pluralitatis beneficiorum ambitio. exe-
crabilis, pauperes clerici innumeris per-
sonarum & rerum discriminibus subici-
untur, & per cauillosos indebitè oppri-
muntur: aliæq; rationes exprimuntur in
*proæ. Pragmat. Sanctio in §. ceterum, & in §. cur-
rei, de reserua. & quia expectatiuæ reser-
uatiões continent.**

5 Vnde consuluit Roma. *confi. 280. qua-
stio. non valere Papæ prouisionem de di-
gnitate electiua factam intra tempus eli-
gendi contra decreta Basiliens. concilii:
quia p has reseruatiões immutatur, per-
turbatur, ac decoloratur vniuersalis eccle-
siæ.*